

1690

534.



19,0 x 8,25





61(09)
P 65

*Фізіологічне та анатомічні
нотатки про дівочу цноту,
її втрату, вагітність, пологи
та природне годування
немовляти.*

1690

1. SEVER. PINÆI *Carmin.*

DE

INTEGRITATIS & CORRUPTIONIS

VIRGINUM NOTIS:

GRAVIDITATE item & PARTU

NATURALI *Mellicum*

OPUSCULA

II. LUDOV. BONACOLLE

ENNEAS MELLEBRIS;

III. FEL. PLATERI *Basil.*

DE ORIGINE PARTIUM,

earumq; in utero conformatione.

IV. PETRI GASSENDI

BIBL. DE

SEPTIMO CORDIS PERVIO,

UNIVERS.

Observatio.

MELCHIORIS SEBIZII

Dupont DE

NOTIS VIRGINITATIS

Accedunt Indices novi ac pleni.

Editio Tertia Auctior & Correctior.

FRANCOFURTI & LIPSIÆ,

Apud CHRISTOPHOR. VVOHLFART A. 1690.



/// PETRI GASSENDI

Elegans de

SEPTO CORDIS PERVIO

Observatio.

E Narrabo, quod ipse vidi. Cum Aquis Sextiis degerem, quoties Dissectio celebrabatur, intereram frequens theatro Anatomico. Constanter autem pluribus annis observaram dissectores, dum cor haberent præ manibus, tentare ferro obtusiusculo, quod spathulam vocant, ipsius septi penetrationem, concludereque cum Medicis transmissionem sanguinis è dextro sinu in lævum debere per transudationem insensibilem fieri. At cum disputari contigisset ante octo annos de professione Anatomæ, adfuit inter Antagonistas chirurgus industrius, nomine Payanus, qui rem secus esse spectantibus nobis demonstrare voluit. Is itaque spathulam usurpans, mediastinum cordis penetrare aggressus est, Id
verò

verò tentavit non recta, ut alii: sed extremo primum ferro subingresso (mille siquidem januæ, quæ septi est textura, patent) progressum fecit levissime; quippe ferrum sursum, deorsum, & ad latera patientissime contorquendo, exploravit semper ulteriorem aditum. Quid moror? facta demum est in lævum usque sinum penetratio. Caterum autem, quia nos causabamur factum fractionem aliquam; jussit ipse novacula ad ferrum usque, septum incidere. Sectione facta, nihil prorsus fuisse temeratum deprehendimus? sed meatum solum, seu canalem observavimus (etsi per varios quasi mæandros, & cuniculos circumductum) membranula tenuissima, politissimaque interclum. Hi igitur meatus sunt, quos obijciebam Fluddo, (qui se illos quoque nescire non obscure professus est) ut cum illi revera sint, nec frustra esse debeant, & aliunde causa sit in promptu, ipsa sanguinis è dextro sinu in lævum percolatio, sanguinem illum arterialem hac derivari ar-

guerem. Sane verisimile est, subtiliorem sanguinis portionem hoc septo veluti exsugī, & compressione percolari; crassiorem verò cum fuligine inde relicta in patentem venam arteriosam ingredi, pervadereque, & nutrire pulmonum substantiam: tum quod subtilius residuum fuerit, in venosam colligi arteriam, ut relicto, & abjecto per expirationem fuliginosiore, & crassiore halitu; una cum aëre puriore per inspirationem inducto influat in ævum ventriculū, seu stillatim, ut necesse est, asserat communis opinio; seu afatim, ut velle videtur Harvæi sen-

tentia.

F I N I S.

MEL-

100-

